

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9437

**Auteur(s) :** Juhel III, Mayenne (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1168-1200]

**Action juridique :** confirmation

**Description de l'original :** Chirographe (cyrographum)

**Langue du texte :** latin

Chirographe (cyrographum)

## Analyse

Juhel de Mayenne confirme le don de Riulf de Landivy au Teilleul et les transactions qui ont eu lieu entre les deux hommes.

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

C. Caen, Musée des Beaux-Arts, coll. 302, I, n° CXV, p. 144-145 et VII, n° CXV, p. 76-77. Copie du XXe siècle

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° CXV)

### Texte d'après C

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Juhellus dominus Meduane salutem. Vestra noverit noverit universitas hanc conventionem factam fuisse in curia mea me presente et assensum prebente inter abbatem et monachos Savigneii ex una parte et Riulfum de Landavico militem ex altera super terra de Teilleio quam habent dicti monachi ex donatione ejusdem Riulfi et concessione filli sui Juhelli et filie sue Aeles. Dictus Riulfus et heredes sui post illum recipient in manu monachorum in denariis legitimum servicium quod ad dominum Meduane et ad dominum Landevici pertinet de masura que dicebatur Ailleharderia et de terra que dicebatur la Morenesche et illud per menum suam dominis suis redent, quod si ipsum servicium de monachis in pace habere non poterunt ego et heredes mei faciemus per justiciam nostram de monachis illud reddi et haberi, quod si dictus Riulfus aut heredes sui de conventionem ipsa exire voluerint ipse ego et heredes mei per justiciam nostram cogemus eos ad illam exequendam et tenendam, si autem conventionem per rectum judicium in irritum revocari contigerit Riulfus et heredes sui tenentur terram illam convenienter dictis monachis excambiare aut si conveniens excambium et secundum grantum eorum illis facere non poterunt denarios suos eis reddent et quicquid tam ipse Riulfus quam filius suus et filia de monachis perceperunt, cum autem dicti monachi libertatem et quietanciam de domino Meduane et de domino Landavici impetrare idem Riulfus et heredes sui eisdem monachis presens cyrographum reddere tenebuntur. Ut ergo dicta conventio stabilis et rata maneat in posterum eam feci presentis cyrographi et sigilli mei attestacione confirmari, unam partem cyrographi cum sigillo abbatis Savigneii partem vero alteram cum sigillo memorati Riulfi muniendo. His testibus, Willelmo de Logis priore, Hugone de Meduana, Roberto de Moleto,

Ricardo Bastardo, Hugone de Croilleio monachis, Gervasio de Corceisiers, Hamelino de Hinneio, Petro Anglico, Hamelino Ferrant et multis aliis.